

*Epistola Dedicatoria.*

menta sunt *Æquitatis*, cujus Tu & ex indole Tua es amantissimus, & ex *Optimi Regis* designatione *Supremus Judex*; iniquum sanè fuisset alium hujus *Operis Patronum* quæsisivisse. Verùm non solius *Æquitatis* res agitur in hac controversia, sed totius insuper *Religionis, Justitiæ, & Societatis Civilis* (a) Principia quæ Tibi sunt charissima querimur ab *Hobbio* impugnari. Quanquam enim aliquando fatetur dictata *Rationis* huc spectantia à Deo unicuique pro actionum suarum *Regula* esse tributa; hoc tamen non obstante, ea neminem obligare contendit ad actus externos eis conformes, nec proprie *Leges* esse, nisi ea pars fiat *Legis Civilis* (b) a deoque poenis à *Magistratu Civili* (c) muniantur; & nisi homines, quorum interest hæc observari, sub eodem

(a) *l. Civ. cap. 4. sect. 1.*

(b) *Civ. cap. 3. sect. 27.* (c) *cap. 5. sect. 2. 5.*